





PROBLEMATVM CAMERALIVM, 1614, 3

Sive

CONTROVERSARVM

IN SVMMO IMPERII TRIBVNALI
opinionum, ad Dn. ANDREAE GAILLII
Obferuationes Camerales accommodatarum, &
in vtramq; partem suis fundamentis
excuffarum,

DISPVATIO PRIMA,

Continens

Notatu digniffima de PRIVILEGIO PRI-
MARVM INSTANTIARVM, quas vocant Aufstre-
gas, die Aufträge/ & inter alia etiam quasdam annexas
animaduersiones in primam GALLII
Obferuationem:

Quam

PRAESIDENTE

HENRICO-ANDREA CRANIO,

I. V. D. & in Ill. Acad. IVLIA Professore publico,
antehac defendit

CAROLVS FORSTERVS,

VALENTINI ICTI fil. Heidelberg.

nunc

*Secundò in lucem edita, à multis
desiderata.*

HELMÆSTADI,

Ex officina IACOBI LVCII,


MDCLXIV.

18.

20

PROBLEMATVM CAMERARVM
CONTRACTORVM
IN SUMMO IMPERIALI TRIBVNA-
li opinionibus ad D. A. N. D. R. E. G. A. L. L. I.
Objectiones Camerales accommodatum &
in vniuerso partem suis fundamentis
excussam
DISPVATIO PRIMA
Notam dignissima de PRIVILEGIO PRI-
MARVM INSTANTARVM que vocant Aulic-
gas de Insurgere & inter alia etiam quibusdam
ambiguitates in primam G. A. L. L. I.
Objectionem
PRÆSENTI
HENRICO-ANDREA CRANIO
I. V. D. & in Ill. Acad. Julia Professore publico
aureo defendit
CAROLVS FORSTERVS
Venerabilis Iussu Heidelberg.
anno
Secundo in lucem edita. Amstel-
ædædam
HEMSTEDT
Ex officina Iacob L. V. G. I.
MDCXIV.





3





PROBLEMATVM CAMERALIVM

Disputatio I.

Quam

Vnà cum quibusdam appendicibus ἀπορημάτων ad Cl. viri Dn.
Andreae Gaillij obs. 1. lib. 1. accommodatis.

Præside

HENRICO ANDREA CRANIO VVarstensi,
Tuebitur

CAROLVS FORSTERS, Valentini ICTi filius,
Heidelbergensis.

Problema I.

AD Cesarei tribunalis ἀνευ Κοδινγών temerè ne quis
abripiatur, dispiciendum priùs, habeatnè reus con-
ueniendus priuilegium primarum instantiarum,
quas vocant austregas, die Aufsträge / als da des heil-
gen Reichs Stände entstehende Zweyung / zancf vnd
jrrung vnter inen selbst / so viel möglich sollen beylegen
vnd vergleichen. Sed hìc primùm sub incudem reuocare li-
bet, an titulus V. Ordin. Camerae part. 2. etiam ad principem
requisitum extendi possit?

AFFIRMAT

DN. Ioach. Mynsing. cent. 1. obs. 91.
in pr. ibi: Si Princeps vel Comes
requisitus fuerit, ut iuxta priuilegium
primae instantiae, vermög der aufträge /
ipse denominet tres principes, ex qui-
bus actor eligat iudicem; & talis re-
quisitus tantum unum designarit, què
non acceptet actor: si deinde sit lapsum
tempus menstruum, an eidem suppli-
canti

NEGAT

EVm erroris & incogitantiae
arguens Pet. Frider. Mindan. de
process. Cam. lib. 1. cap. 19. sect. 6. MO-
VETVR. Quia in d. tit. 5. Princeps
nec actor nec reus constituatur, & in
tit. 3. Ordin. Camerae tantum actor sit.
¶ Imò in d. tit. 5. nulla mentio fit prin-
cipis: Neg, uti videtur, conueniet id
cum tribus istis hominum secundum
A austre-

PROBLEMATVM CAMERALIVM

canti in Camera sint decernendi processus? Aff. quia formâ legis non seruata, totus corrumpit actus: arg. eorû, quæ tradit D. Gail. 1. obs. 1. n. 36. & 1. obs. 2. n. 7. ¶ Auſtrâg an locum habeant in mandatis de relaxando captiuo, etiam cum clausula, dicemus inf. ad D. Gailij obs. 19.

austregas conueniendorum ordinibus, de quib. vide Christophorû Schwanman in process. Camer. lib. 1. c. 2. 3. 4. 5. 6. Confer Dn. Gailium O. 1. nu. 17. ¶ Auſtrâg an locum habeant in commissionibus ad perpetuam rei memoriam V. Gail. infr. obs. 93. n. 2.

CONNEXVM.

- ad Gail. d. 1. obs. 1. n. 20.
1. *An Principes ciuitatem Imperialem, coram austregis conuenire possint? Quod, ne durioſorem respectu Prælatorum, Comitum, Baronum, Nobilium videantur habere causam, contra Gailium (1. obs. 1. n. 20. quem sequitur Mindan. lib. 1. de Proc. Cam. c. 19. n. 10.) affirmare non erubescit Fichardus (p. 2. consil. 129. q. 3.*
 2. *An differentia sit inter Frey vnd Reichs Stätt? vide compilat. Symphor. tom. 3. lit. F.*
 3. *Quid si per confessionem partis actoris in continenti probata sit intentio, vtrum auſtrâg locum habeant; an verò à præcepto incipi possit condemnatorio, & mandari, ut soluat sine clausula? posterius defendendum, & loco cautela probè obseruandum.*

Problema II.

Gail. n. 17. *Prelati, Comites, Barones, Nobiles immediati, welche dem Reich ohne mittel vnterworffen/ an à ciuitatibus etiam Imperialibus vel vniuersitatibus, puta capitulis seu collegijs itidem Imperio immediatè subiectis, beneficio austregarum remoto, rectâ in Camera conueniantur?*

NEGARE

HOc tacitè videtur D. Gail. 1. obs. 1. n. 17. dum ibi tantum de mediatis loquatur, quod illarum respectu, priuilegium Comites, Barones & c. non habeant. Ergo (fortè concludit) ydem si fuerint immediati.

AFFIRMARE

Non veretur P. Mindan. 1. Pro. cess. Cam. 18. n. 3. NITITVRI. arg. Rubr. & text. Ord. Cam. tit. 5. p. 2. ubi ciuitatum Imp. nulla fiat mentio, nec dicat, quod etiam illarum respectu Comites, Nobiles & c. priuilegiû habeant.

MVLLIA
DISPVATIO I.

diati: tum primarum instantiarum
priuilegium, seu ius austregarum,
non via simplicis querela, locum ha-
bebit: ita Mindano contra Gailium
colligente, idemq; in capitulis & col-
legys firmiter statuente, que Gail. ta-
cito praterijt pede.

beant austregarum. Ideoq; illud pro o-
misso censendum, & ad fori ordinarij
regulas remittendum. II Quia austre-
ga strictissimi iuris sunt, ac proinde ca-
su expresso, ad non expressum haud pos-
sunt extendi. Mind. d. lo. & c. ¶ An
Capitulū sede vacante habeat ius au-
stregarum? Neg. Mind. lib. 1. c. 19. n. 7.

Aff. Gail. 1. obs. 30. n. 13. ubi de hac questione dicemus.

Ampnua.

1. Num recte D. Gail. ad nu. 17. omittat Praelatos (qui appellatione Princi- num. 17.
pum non veniant, nec Principibus dignitate pares sunt;) cum & hi à me-
diatis rectè in Camera conueniantur?
2. Num recte D. Gail. ad n. 18. fallentiam ponat in Principe, quod suam ci- num. 18.
uitatem municipalem in Camera conuenire debeat; cum idem etiam in
quibusuis alijs Principis subditis ab eo conueniendis obtineat?
3. Et cum quiuis etiam alius Imperio immediatè subiectus, ciuitatem suam
aliosue suos subditos in Camera conuenire teneatur; cur, quæso, D. Gail.
præd. loco solius fecit mentionem Principis?

Problema III.

Ratione violati priuilegij Imperialis, sortimur forum in Camera: Sed hinc non sine ratione quis ambiget, an, vt hoc ca-
su decernantur processus & citatio ad videndum se incidisse
in pœnas priuilegij, necesse sit, vt tam Camera, quàm parti
ritè prius insinuatam sit priuilegium? Gail. nu. 9.

AFFIRMAT

HAud obscure D. Gail. d. obs. 1. n.
9. ibi: nisi prius priuilegium Ca-
mera & parti ritè insinuatam sit: Ca-
mera, inquam, vt ostendatur de fun-
data iurisdictione: parti verò, vt pri-
uilegij scientiam habeat. MOVETVR,
Quod sicut priuilegia facti sunt alie-
ni. text.

NEGANT

Quidam ex Dn. Camerali-
bus hodiernis, existimantes,
quod parti quidem antè insinuatam
fuisse priuilegium, necesse sit: Camera
verò sufficiat priuilegium tum origi-
naliter insinuari, cum petuntur pro-
cessus. MOVERI forte (meo iudicio)
possent

A 2

PROBLEMATVM CAMERALIVM

eni, text. in c. 1. de Constitut. lib. 6; ita eorum praesumatur ignorantia, text. in l. plurium. ff. de iur. & fact. ignor. l. si. ff. pro Suo. Ergo, ut ad poenam privilegij agi possit, & processus extrahantur, prius privilegij insinuatio legitime Camera & parti facta, requiritur, Gail. d. lo. ¶ Sed (me iudice) si Gailij opinionem integram & sanam voluerimus conservare, necesse est, ut sine omni verborum captatione, & tricis remotis, dicamus Gailij mentem esse, non quod insinuatio ista, ut quoad partem; ita etiam quoad Camera, necessario, antequam processus petantur, fieri debeat: sed sufficere ad extrahendos processus, si tum, quando ij petuntur, ipsum Originale una cum supplicatione exhibeatur, & narretur, privilegium ad partis pervenisse notitiam.

possent I. etiam ipsius Gailij (n. 9.) quasi in hoc sibi ipsi contradicentis auctoritate: ibi: Quod si privilegium non sit insinuatum Camera & c. Ergo (conclude) quoad partem tantum requiritur necessario, ut ante parti privilegium sit insinuatum. II. Sic ex hac causa denegati sunt processus in causa Stadthagen contra Dieterichen von Schönberg 22. April. Anno 86. Item in causa Stadt Schweinfurt contra P. M. 4. Novemb. Anno 89. ¶ Et hoc si ita est, plane tollenda essent ista Gailij verba: Camera, & item ista: Camera, inquam, ut ostendatur de fundata iurisdictione. ¶ Sed in scirpo nodum querere ne videamur, conciliationem molientes, Dn. Gailij Icti ut gravissimi, ita de studio iuris optime meriti sententiam, a violentis adversariorum manibus seu correctionibus liberare adnitemur.

Αμπύματq.

- ad num. 19. 1. An recte loquatur Gail. n. 19. quando ait: Principem à civitate sua municipalis sine ducali in ius vocatum, coram suis consiliarijs conveniendum esse, licet id satis durum sit; vel civitatem ex octo vijs seu modis in Ordin. Cam. praescriptis, unam eligere posse: Cum (ratio dubitandi) illa via, qua Princeps coram suis convenitur consiliarijs, non sit alia ab ijs octo vijs, qua in Ord. Cam. praescribuntur?
2. Imò, anne totum illud rectius à Dn. Gailio fuisset omissum; cum mera sit τωτολογία illius, quod dixerat superius ad nu. 17. vers. Secus esset, si aliquem Principem & c. Vbi etiam rectius prauidicium hoc loco de civitate Principi subiecta adductum subijceretur.

Problema IV.

Nec

DISPUTATIO I.

Nec illud extra dubietatis aleam positum, an in casu de- Gail. nu. 21
negata vel protelata iustitia, So jemand das Recht vers-
sagt oder mit gefehrden verzogen wird / omisso medio iu-
dice, rectâ ad Cameram deueniri possit?

POTEST.

VT non obscure innuit Dn. Gail. in d. obs. n. 21. in casu dene-
Gail. in d. obs. n. 21. in casu dene-
gata iustitia superiorem adiri posse in-
distincte adferens. ¶ Clarius idem
quoq; in specie ad viduas & pupillos
refert ibid. nu. 40. vers. Sed hæc in Ca-
mera non observatur, quia ipsemet
Princeps & status Imperij, in causis
viduarum & pupillorum cognoscunt,
& ideo omisso medio, viduis & pupil-
lis non decernuntur processus in Came-
ra, nisi in casu denegata & protracta
iustitia. **MOVETUR I.** arg. c. ex
transmissa. 6. c. licet ex suscepto. 10. c.
ex tenore 11. c. ex parte B. quondam
Anglia Regina 15. de foro comp. c. ceter-
rum 5. de iudic. II. Ordin. Cam. Imp.
p. 2. tit. von Sachen die durch versagt
oder verzogen Rechte an das Cam-
mergericht erwachsen. 26. ¶ In cau-
sis denegata vel protracta iustitia quin-
q; adhuc reperio inter D. Gaillum
Myns. & Mindan. controuersias, de
quibus, Deo volente, suo loco infra ad
Gailij observat. 28. plenâ dicetur Mi-
neruâ.

NEQVIT.

Secundum D. Myns. obs. 82. n. 3.
& aliorum modernorum Dn. Ca-
meralium sententiam, qui Gail. inco-
gitantia & erroris arguunt, quod in
casu denegata iustitia, omisso medio
iudice ad Cameram deueniri posse con-
tendit præd. loc. ¶ Et quod Gail. n.
21. indistincte ponit, id in ijs tantum
iudicibus procedere dixerim, qui Im-
perio immediate sunt subiecti, & quo-
rum Camera proximè superior est: se-
cus si iudex iustitiam denegans media-
tum habeat superiorem. **IUVATUR**
hæc sent. I. Ordin. Cam. p. 2. tit. 1. §. fi.
ibi: desselbigen Untergerichts (note-
tur) negste Obrigkeit vñ Herrschafft
ihme Rechtens zuverhelffen ansuchet /
vnd da ihme daselbst auch nicht zum
rechten / wie sich gepüret / verholffen /
solches dem Kay. Cam. (nota tum de-
mum Gailij procedere fallentiâ, si non
sit iudex intermedius) anbringen
mag. II. Item p. 2. Ord. Cam. tit. 26. pr.
ibi: das negste Obergericht. III. Ac-
cedit P. Foller. in addit. ad Marant.
distinct. 11. n. 11. vers. intellige sanè.

Amphiat.

1. An rectè loquatur D. Gail. (n. 40.) dum omisso medio iudice viduis & pu- num. 40.
pulis

A 3

PROBLEMATVM CAMERALIVM

illis negat in Camera decerni processus, nec addit, quid in viduis & pupillis immediate Imperio subiectis obtineat, utrum videlicet recta in Camera; an vero coram austregis (verindg der Austrag) conueniantur?

2. Quandores, de qua controuertitur, non in iure actionis, sed mero iudicis consistit officio, (ut datio & confirmatio tutorum & curatorum causa alimentorum &c.) Austrag an locum habeant?

Problema V.

Gail. n. 27.

Sanguinolentus propemodum est Dn. Cameralium conflictus, an cause criminales, Peinliche Sachen/ die Leibstraff erheischen/ quantum ad viam simplicis querelae, vna cum reliquis causis ciuilibus communem Camera sequantur ordinationem, atq; ita in prima instantia in Camera ventilari possint?

CLAVDIT

Viam hanc simplicis querelae Dn. Gail. 1. obs. 1. n. 27. & infr. obs. 28. idem de pace publ. c. f. in f. D. Mynsing. 4. obs. 41. quem sequitur D. Arnol. Reyger, ibid. Eleg. Rutger. Ruland. in tr. de commiss. p. 1. lib. 2. c. 3. MOVETVR I. text. Ord. Cam. Imp. p. 2. tit. 50. S. weil so sich von Personen etc. ibi: wollen wir das die Obrigkeit deselben ends etc. & ibi: als dann der Obrigkeit gemelter Stadt etc. vbi maleficia (die Leibstraff auff ihnen tragen) aduocatorum & procuratoru, non a Camera, sed ab eius loci magistratu puniri debere, rescriptum est. Exinde tu conclude, in causis criminalibus capitalibus Camera haud fundatam esse iurisdictionem. Qui sic? Quia Camera ne quidem quoad personas

APERIT

Eandem P. Mindan. 1. Pr. obs. 9. pr. & n. 1. & Dn. P. Danaisen in eleg. suo discursu de iure meri Imperij. Huius sent. RATIO I. Quia Cam. vetatur in ijs per viam appellationis cognoscere. Ord. Cam. p. 2. tit. 28. S. item demnach auch etc. Ergo (conclude) extra appellationis viam id Cam. potest. arg. l. 18. ff. de test. l. 20. S. mulier. ff. de testam. Exceptio siquidem confirmat regulam in casib. non exceptis. l. 21. ff. de testam. l. 12. pr. ff. de iudic. II. Quia cessante causa, cessat effectus: causa cur in criminalibus non pronocetur, est consuetudo, d. p. 2. Ord. Cam. tit. 28. S. item nach dem sich / qua cessante in ijs, qua simplicis sunt cognitionis, nihil erit, quod iam efficere possit iurisd. Camera, arg. l. actione 65. S. item

DISPUTATIO I.

sonas Camerales merum imperium ple-
 ne tributum est, d. tit. 50. §. si. ubi cri-
 mina personarum Cameralium exci-
 piuntur. Exceptio autem confirmat
 reg. in casibus non exceptis, maxime
 in concessione meri Imperij. II. Per
 Ordin. Cam. p. 2. t. 28. §. item nach dem
 auch/ ibi: ordnen vnd wollen wir/
 daß hinfürter in peinlichen sachen/
 die Leibstraff auff jhnen tragen / am
 Kayf. Cammerg: kein appellation an-
 genommen/ sondern angeregtem ge-
 brauch nach gehalten werde. III.
 Ord. Cam. p. 2. t. 22. ubi constitutio pi-
 gnorationis, causas excipit criminales,
 ibi: alleine Malefici sachen aufge-
 nommen: idq; ideo, ne, quod directè
 non potest, per obliquum Camera de
 crimine capitali cognosceret. IV. Quia
 crimen pacisfragij pertinet duntaxat
 ad Camera. p. 2. t. 9. V. Quia in Co-
 mitijs de Anno 1594. §. dieweil dann
 ferner etc. constitutum est, ut conuicti
 alterius facinoris, quam fractæ pacis,
 non à Camera iudicentur; sed remit-
 tantur ad forum ordinarium. VI. Et
 videmus etiam cotidie in causis cri-
 minalibus denegari processus à Dn. Ca-
 meralibus. VII. Deniq; merum Im-
 perium, quod specialiter lege defertur,
 l. 1. pr. ff. de offic. eius cui mand. est iu-
 risd. Camera tributum esse nusquam
 (quod ego sciam) traditur. IIX. Quia
 in ordin. Camer. nihil extat, quod ad
 process. criminalem pertineat. IX. Imò
 si cri-

tem si 9. ff. pro soc. l. ff. de test. tut. III.
 arg. tit. 27. p. 2. qui inde à titulo 9.
 multis specialibus non solum civilium,
 sed & criminalium causarum expres-
 sis, ut fractæ pacis tit. 9. & seq. per-
 duellionis tit. 20. §. weiter ob sich je-
 mand etc. subiectus est instar clau-
 sulæ generalis, ibi: sachen etc. & ibi:
 alle vnd jede Personen vnd Sachen/
 ut tam de causis criminalibus, quam
 civilibus intelligi possit. IV. Quia
 criminis fractæ pacis d. tit. 9. vsq;
 ad tit. 20, Perduellionis d. tit. 20. §.
 weiter ob sich. §. als nemlich für das
 erste. & tit. 24. Blasphemix in Po-
 licen Ord. 48. tit. von den Gottslä-
 sterungen/ §. nemlich so jemandes.
 iuncto §. würde aber eines Ehurfür-
 sten. computationis, Recess. Imp.
 Anno 1512. §. desgleichen wiewol/
 circa fin. Libelli famosi vltio & c.
 Camera commissa est; qua tamen
 iudicio publico poena capitali coercen-
 tur, dd. text. l. 6. pr. ff. de iniur. l. 1. C. de
 famos. lib. V. Quia Comitibus, Baro-
 nibus, reliquisq; immediatè Imperio
 subiectis, si ab inferiorum ordinum
 hominibus super causa criminali in
 Cam. conueniri non possent, impunita
 eis delinquendi daretur licentia; cum
 nullum nisi Casarem, & qui eum re-
 presentat Camera, iudicem habeant.
 Casarem autem iudicem non habent.
 ar. p. 2. Ord. Cam. tit. 7. Cum Casar si-
 bi tantum Ducatum & Comitatu-
 um se-

PROBLEMATVM CAMERALIVM

si criminalia communem Camera se-
querentur ordinationem, tum etiam
austriac in criminalibus locum habe-
rent. At non hoc. Ergo nec illud. X. Et
si ad Cam. pertineret criminum perse-
cutio, tum vix delicta punirentur:
cum in Camera, teste Ruland. d. lo. li-
tes sint immortales. XI. Sume arg. ex
stylo & iudiciali obseruatione, qua in-
star legis est.

um feudi titulo ab Imperio descenden-
tium, cognitionem reseruaret. VI. per
Recess. Imp. Ann. 94. S. Ebener mas-
sen. vers. da sich aber ein solcher fallt
etc. ubi frustra quareretur, quo in lo-
co accusari debeat sicarius, qui solus
cadem fecerit in via, si Camera ab o-
mni causarum criminalium exclude-
retur cognitione.

Problema VI.

Gail. nu. 35. *Liceat hic inquirere, an vigesima quarta D. Gailij fal-
lencia, debeat esse generalis vel specialis?*

SPECIALIEM

FECIT D. Gail. hac obs. 1. n. 35. quan-
do ibi ait, fallere, si reus immédia-
tè Imperio subiectus, ad requisitionem
aëtoris, non tres (prout in ordinatione
requiritur) sed vnum vel duos tan-
tum nominauerit Principes: quia hoc
casu legi non sit satisfactum, ac proin-
de absq; ulteriori requisitionis neces-
sitate, decurso mensis spacio, causam
recto tramite ad Cameram deuolui,
uti pro hoc allegat text. in l. Fulcinius.
S. hoc edictum. ff. quib. ex caus. in-
poss. eat.

GENERALEM

ESSE debere non sine ratione
quis dixerit. ¶ **RATIO**, Quia
& alij sunt casus quamplurimi, qui-
bus si forma in d. ordin. præscripta ad
amissim non seruetur, statim ad Ca-
meram deuoluitur causa, quos omnes
hic D. Gail. omisit. ¶ Eorum ergo in
genere mentionem facere debuisset, &
quid nō potuisset etiam hoc modo: Vi-
cesimo quarto fallit, si in primis in-
stantis forma in Ord. præscripta, non
fuerit obseruata, ut verbi gratia, si
reus immédiate Imperio subiectus & c.

Απορίματα.

- num. 38.
1. Quando D. Gail. n. 38. fallentiam ponit, in personis iurisdictioni Camera
immédiate subiectis: Et postea subijcit, eam procedere in actionibus per-
sonalibus, quoad personas immédiate Imperio subiectas: anne odiosam
committat ταυτολογίαν?
 2. Et anne differant: Imperio immédiate subiectum esse; & subiectum esse
iurisdictioni Camera?

Proble-

DISPUTATIO I.

Problema VII.

Viduae & pupilli personae reputantur miserabiles, ac proinde gaudent fori priuilegio: sed ambigi hic posset, Vtrum causae viduarum & pupillorum fallentiam seu limitationem constituent?

CONSTITVUNT.

EXpressè Dn. Gail. hac obs. 1. n. 40. **R**ATIO. Quia in causis viduarum & pupillorum (aliarumq; miserabilium personarum, der arbeitsfähigen Personen / Gail. d. nu. 40. ibi: Nam non solum vidua & pupilli miserabiles, sed etiam senes decrepiti, diuturno morbo exhausti & eneruati, & generaliter omnes, qui naturali commiseratione ob fortunae iniuriam digni sunt. vid. inf. subiecta præcepta Menoch. de arbi. iud. quest. casu 66. Thesaur. Pedem. decis. 177. Roland. à Valle lib. 1. conf. 76. n. 47. & passim. Couarr. Pract. q. 6. 7. Dn. Vult. ad l. vn. C. quan. Imper. inter pupill. vel vid. & c.) sola facti veritate inspectâ, ipsemet cognoscat Imperator, uti pro eotextus est in l. vn. C. quand. Imp. inter pupill. vel vid. vel alijs miserabilibus personis cogn. c. Regum. 23. q. 5. confer infra nostrum problema 9.

NON CONSTITVUNT

TAcitè & re ipsa eidem Gailio d. n. 40. **R**ATIO. Quia ait in causis viduarum & pupillorum, non Cameram (casu denegata vel protrahata iustitia excepto) sed ipsosmet Principes & status Imperij cognoscere, ac proinde omisso medio iudice, ipsis viduis & pupillis haud decerni processus in Camera. ¶ Quâ ergo ratione hoc connumeraretur inter fallentias seu casus, quibus statim in prima instantia perueniri potest ad Cameram? Id ne utiquam fieri posse videtur; cum Gailly propositum fuerit enumerare casus, in quibus per modum simplicis querelae in prima instantia adiri possit Camera, arg. huius obs. 1. n. 1. & inf. nostri problem. 9. ¶ Melius igitur fecisset Gail (teste etiam Gilhusen in arbore iudic. p. 1. c. 1. n. 37.) si hanc fallentiam, utpote ad rem non pertinentem, omisisset.

CONNEXA.

1. Viduas, pupillos, inter miserabiles connumerari personas, proindeq; fori gaudere priuilegio, iam diximus: Quid si lite iam coepta, nupserit vidua, vel pupillus factus sit adultus, extinguaturne hoc casu priuilegium? Neutiq;.
2. Quid si vidua sit diues fortunaq; rotâ euecta? Nec hoc casu illud priuilegiu cessabit

B

PROBLEMATVM CAMERALIVM

cessabit solamen, etiamsi Regina sit (teste D. Borch. de Feud. c. 10. n. 27.) Sic ex eadem causa alimentorum Margreten von Schönbergk matris vidua, contra Dieterichen von Schönbergk filium, reiectis exceptionibus der Außtråg in Camera causa acceptata in Ianuario Ann. 83. Econtrà processus denegati Marggraff Jacobs Wittiben/ contra Marggraff Ernst Friederichen zu Baden in Martio Ann. 91.

3. Viduis tamen luxuriosè ac impudicè viuentibus, hoc priuilegium qui tribuunt, iuris & equitatis haud sunt studiosi: Fœminis verò viros inutiles habentibus, qui denegant, immisericordes.
4. Annè etiam virgines seu fœmina coelibem vitam agentes, viduarum priuilegium habeant? Neutiquam, si Gaillio (n. 41.) credimus: quod tamen alij, etiam in maioribus 25. annis (Diss. D. Herm. Vult. ad d. l. vnic.) affirmare non sine ratione videntur.
5. Annè meretrices (ut quidam volunt) sint miserabiles personæ; cum (ut Canon. volunt) ducens meretricem, opus misericordiae exercere dicatur? N.
6. An predictum priuilegium personarum miserabilium etiam ad mercatores (ut quidam volunt, teste Menoch.) rectè extendatur; cum homo mercator (ut ex D. Chrysostomo refert Canon. in c. eyciens 11. dist. 88.) vix ant nunquam Deo placere: nec sine mendacio aut periurio esse possit?

Problema VIII.

Gail. n. 47. Datio ac confirmatio tutorum, quoad personas immediatè Imperio subiectas, Camera fundat iurisdictionem, teste D. Gaillio: sed an id ipsum tam ad tutorem, quàm pupillum referendum?

REFERT

ETIAM ad tutorem D. Gail. hac obs. 1. n. 47. ibi: quando nimirum tutor & pupillus immediatè subsunt iurisdictioni Camerae. ALLEGAT ad hoc text. l. 1. ff. de tut. & cur. dat. ab his qui ius dand. & c. & ibid. gloss. in verb. eiusdem. l. ius dandi. 3. eo. l. neq. 5. C. qui dar. tut. vel cur.

SED MALE

DICAT aliquis? RATIO esse potest, quod hic ratione iurisdictionis, non tutoris; sed pupilli spectetur persona: Et sufficiat pupillum immediatè Imperio esse subiectum: Idq. ex stylo Camerae hodie ita obseruari pleriq. attestantur. ¶ Sed de hoc suo tempore accuratiùs & enucleatiùs.

Amg

DISPUTATIO I.

Απορίματα.

1. An rectè D. Gail. n. 46. tacito præterierit pede Prælatos; cum in ijs idem, num 46. ius obtinere videatur?
2. Imò annè D. Gail. ibid. frustra & tautologicè specialem posuerit fallentiam seu exceptionem in subditis Comitum, Baronum & Nobilium immediatè Imperio subiectorum, quia illi suos dominos in Camera conuenire possunt: Cum (ratio dubitandi) idem in alijs quibuscunq; immediatè subiectis obtineat, teste etiam ipsomet Gailio supra ad nu. 17?
3. Et si hoc, nunquid, monente Logico, tota ista fallentia ad d. n. 17. commodius reijceretur?

Problema IX.

In causis feudalibus Vasallus, si Principem aliquem vel Gail. n. 54. Comitem Imperij in ius vocare voluerit, non iudicem ordinationis (Vermög der außtråg) sed Pares curiæ adire debebit. Sed nunquid hoc Dn. Gaillius inter fallentias seu limitationes, quas ponit, rectè connumerat?

QVID NI?

Dicat Dn. Gail. 1. obs. 1. n. 54. si modo suum fallentiarum numerum voluerit retinere & conseruare plenum & intactum. MOVETUR fortè quòd controuersie feudales non coram iudice ordinario vel ordinationis; sed coram Austregis (de quibus Schwanman in process. Cam. Imp. p. 1. c. 2. per tot.) definiri ac dijudicari debeant, c. 1. de contr. feud. apud pares curiæ term. Gail. d. obs. 1. n. 54. Dn. Myns. 4. obs. 89. & 1. obs. 99. & 5. obs. 75. & 6. obs. 19. Hart. Hart. pr. obs. 54. de feud. obs. 21. & 22. ¶ Sed hic Gaillius sibipsi respondet, seq; proprio videtur iugulare gladio in prin. sua obs. 1. n. 1.

QVI SIC?

Dixerim ego: siquidem à limitationibus ibi à Dn. Gaill. propositis, alienissimum est, quod n. 54. de Paribus Curie iudicibus inter Dominum & Vasallum existentibus subijcit. MOVEOR quòd solum Gaillij fuerit propositum enumerare casus, in quibus per modum simplicis querelæ in prima instantia, Camera adiri possit, teste G. d. obs. 1. nu. 1. ibi: quos profundanda iurisdictione Cam. & discernendis processibus, ex ordine subijciam. ¶ Vbi præterea illud dubium reliquit indecisum, utrū reperiantur adhuc plures casus, quibus statim in prima instantia ad Camer. deueniri posset.

B 2

Απορί-

PROBLEMATVM CAMERALIVM

Απερίματτα.

- ad Gail. 1. *Non Pares Curia; sed solum Casarem iudicem esse competentem in causis feudum Imperij (puta Principatus, Ducatus vel Comitatus, Fürstenthumb/ Herkogthumb oder Graffschafften belangend) concernentibus, extra dubietatis positum creditur aleam: sed cum Imperator illorum sibi soli reseruarit cognitionem; anne male D. Gail. n. 31. in duobus vasallis de feudo Imperij contendentibus ponit fallentiam? Sed de hoc plene infr. ad obser. 29.*
2. *An & quatenus Ausräg locum habeant in feudalibus, dicemus infr. ad Gail. obs. 19. num. 5.*

Problema X.

Gail. n. 57. *Illud quoque scrupulum mihi mouet, quando reconuentionem coram Paribus Curia locum habere.*

ADSERIT

Indistinctè Dn. Gail. 1. obs. 1. n. 57. *Hart. Hartm. 2. Pract. obser. tit. de feud. 54. obs. 21. n. fin. ubi ait, Pares Curia per viam reconuentionis cognoscere posse etiam de causis non feudalibus.*

MOVENTVR I. *Quod sint iudices ordinarij habentes iurisdictionem à lege. c. vn. §. Præterea si inter. tit. de prohib. feud. alien. per Frideric. At regula generalis est, reconuentionem coram omni fieri posse iudice, tam ordinario, quam delegato, arg. c. cuius in agendo. 3. q. 8. l. cum Papinianus. 14. cum auth. & consequenter C. de sent. & interloc. omn. iudic. II. Inuare posset hanc sententiam, quod multa permittuntur incidenter, quæ principaliter fieri prohibita sunt, l. 1. pr. ff. de aut. tut. l. quoties. 3. & ibi Bart. Ias. & Dd. C. de iudic. Ias. in l. si quis. 4. pr. ff. de*

DISTINGVIT

DN. Mynsing. 4. obser. 90. *inter causam feudalem & nõ feudalem: & illo casu, non hoc, admittit reconuentionem. MOVENTVR I. iudicio Dn. Cameralium, à quibus sit approbata; contraria verò crebrius & suo iudicio rectè improbata. II. Neq; id sine ratione: Quia Pares Curia ex lege feudorum, habent iurisdictionem ac proinde extra feudales causas haud attenditur: lege siquidem deficiente feudali, ad legem scriptam seu ius commune recurrendum c. vn. de feud. cognit. III. Adde quod Pares Curia habeant quidem iurisdictionem; sed limitatam inter Vasallos tantum in causis feudalibus. At limitata causa limitatum debet producere effectum. IV. Sic Pater olim iurisdictionem habebat in liberos, nemo tamen inde dixerit, in*

3

DISPUTATIO I.

ff. de reb. cred. si cert. pet. III. Quia consensu partium adiri potest is, qui iurisdictionem habet in causis non feudaliibus, & vice versa, in causa non feudali iudex causarum feudaliu. ¶ quamvis ad hoc respondeant alij, multa consensu partium effici posse, qua partibus inuitis & repugnantibus fieri possint neutiquam, siquidem inuito non volenti fit iniuria l. nemo videtur. 145. de R. I. S. sed etsi. 8. Instit. de obligat. qua ex delict. nascunt. ut autem actio; ita & reconuentio instituitur in inuitum per vulg.) IV. Et hanc sententiam uti communem tenet gloss. in c. 1. de controu. feud. ap. Par. term. Item Bald. Aluarot. & secundum eum ferè omnes iuris feudalis Interpp.

rit, in eum iudicem litigantes consentire potuisse D. Niell. disp. feudali ult. th. 5. V. arg. c. vn. §. si inter. tot. tit. de alien. feud. pat. lib. 2. tit. 29. c. vn. de controuers. feud. ap. Par. term. 2. F. 16. c. 1. de L. Corrad. 2. F. 34. Sonsbec. de feud. p. 14. n. 30. VI. Sic coram arbitro (ut cunq; arbitria ad instar iudiciorum sint redacta) reconuentio haud habet locū; cum compromissi limites, cognoscendo excedere non valeat. l. 1. ff. de arbit. c. cum dilectus. 6. ext. eod. VII. per d. l. 14. C. de sent. & interloc. ibi: in eodē negotio. Ergo (arg. à contrario sensu deducto) negotium, si sit diuersum, eundem iudicem habere nequit. VIII. Hinc glos. in c. 1. verb. superfluis quaestionib. ext. de mut. pet. Clericum (ait) ita demum reconuenire posse, si causa natura hoc patiatur.

CONNEXVM.

Quid si vasallus à Domino conuentus, se vasallum vel rem controuersam feudalem esse neget? Huius cause cognitio utrum ad Curia Pares, ut cum multis Hart. Hartm. existimat; an verò pertineat ad iudicem ordinarium (ut opinantur Schraderus, Blancus & alij) precedentis quaestionis probè dabit decisio.

Problema XI.

An Pares Curie, si ex rationabili causa sint suspecti, iudex adeundus sit ordinarius? Gail. n. fin.

AFFIRMAT

DN. Mynsing. 6. obs. 19. Hartm. Hartm. tit. 24. obs. 21. n. 7. **RATIO.** Quia ordinarius iudex possit recusari. I. arg. l. apertissimi. 16. C. de

NEGAT

EOs recusari posse Gail. 1. obs. 1. n. fin. **RATIO I.** arg. c. vn. §. fin. de inuestit. in marit. fact. II. Quia iudex ordinarius recusari non possit.

C. de

B 3

pos-

PROBLEMATVM CAMERALIVM

C. de iudic. ubi delegatus Principis potest recusari: additur ratio, quia sine suspicione lites procedere debeant: Ergo & quivis alius iudex ordinarius. Cum eadem in iudice ordinario obtineat ratio (suspicio scil.) qua in delegato. ¶ Imò delegatus maior est quolibet ordinario, l. fin. C. ubi Senat. vel Clariss. c. pastorales. vers. quia vero. ext. de offic. deleg. c. sanè. 11. eod. Ergo rectè etiam (si non multò magis) recusabitur ordinarius. (¶ licet alij hinc fallaciam Comparatorum committi existiment: cum principis delegatus preferatur ordinario non ἀπλως, absolute & simpliciter, per omnia & in omnibus; sed ὡς ἕκαστος respectivè vel particulariter, seu, ut alij vocant, κατ' ἀλλο, secundum aliud, puta quoad iudicandum; non verò quoad recusationem, arg. c. pastorales. §. preterea. vers. ad quod ibi: quantum ad illud. ext. de offic. iudic. ord. l. fi. C. ubi Senat. vel Clarissi. ¶ Imò ordinarius indicat & cognoscit iure suo seu iure magistratus; Delegatus verò iure duntaxat eius, à quo datus: neq; enim iurisdictionem; sed de facto saltem cognoscendi iudicandiq; habet facultatem) II. Quia Prætor ordinarius libertatis iudex recusari potest l. si pariter 9. ff. de liber. caus. Ergo & c. (¶ Quamvis illam alij de iudice à Prætoře dato accipiant) III. Quia dicitur in l. 4. C. de iurisdic. quòd ordinaria

possit, Gail. d. n. fin. idem Gail. 1. obj. 33. n. 1. Myns. 2. obs. 52. & 3. obs. 63. & 4. obs. 59. Hart. Hartm. 1. obs. 9. 10. 11. 12. 13. VVurmbf. Pr. obs. tit. 1. obs. 6. & 5. & seq. Marant. p. 5. dist. 5. n. 42. Cachéran. decis. 15. n. 1. & seq. ¶ At Pares Curie sunt iudices ordinarij, (quia à Paribus eliguntur Pares lege mandante c. 1. de contr. feud. apud & c. c. 1. apud quem vel quos & c. §. si. quo temp. mil. inuest. 1. F. 22. c. 1. tit. de contr. inter Episc. & Vasal. lib. 2. F. 22. c. 1. tit. an apud iud. vel curiam dom. 2. F. 46. text. eleg. in c. 1. §. preterea. tit. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. At lex facit iudicem ordinarium l. & quia. 6. ff. de iurisdic. vt & consuetudo c. duo. de off. ord. Rosenthal. 2. F. 12. concl. 1. n. 7. & ibid. in allegat. ad lit. C. D. E. Adde quæ sup. in utramq; adducuntur partem in th. nostra 3. & 4.) Ergo & c. ¶ Maior propositio (quod ordinarius recusari non possit) seqq. ulterius valla-ri posset fundamentis. I. arg. N. 86. c. 2. (unde desumpta est auth. si verò contigerit. C. de iudic.) ubi iudex ordin. suspectus non totum recusatur; sed adiungitur ei sanctissimus Episcopus, qui una cum ipso causam audiat., ipsumq; coërceat, ne iniuste pronunciet. ¶ Sed num d. N. 86. c. 2. loquitur de iudice ordinario? Quid nì? Quia iste iudex ibi appellatur clarissimus. At verò iudex delegatus ex delega-

3

DISPUTATIO I.

naria sedis examen declinari non possit post litem contestatam. Ergo (à contrario sensu) ante litem contestatam potest. (¶ licet alijs argumentū à contrario sensu, hic & aliàs in iure valde sit suspectum & periculosum.)
 IV. Imò iniquum esset, si quis sub suspecto litigare cogeretur iudice, teste Did. Conar. Pr. quest. 26. pr. cùm iuxta illud vulgare, plus valeat fauor in iudice, quàm lex in Codice. V. arg. Nou. 53. c. illud. 3. v. sancimus. Ibi: siue repudiare voluerit, siue etiam cum eo alium iudicem petere. VI. arg. l. qui iurisdictioni. 10. ff. de iurisdic. ¶ Licet alij hic respondeant in d. l. 10. agi non de recusatione iudicis ordinarij; sed prohiberi simpliciter, ne is, qui iurisdictioni præest, sibi ius dicat, vel uxori, vel liberis suis &c. VII. arg. l. omnes. 12. pr. & §. 1. C. de iudic. (¶ Sed quod ibi Zeno de recusatione iudicis asserit, id accipiendum putant de iudice dato seu delegato. IIX. arg. Nou. 96. c. 2. §. 1.

delegatione Clarissimatus non consequitur dignitatem, uti nec iurisdic. vide Gothofred. ad d. N. 86. II. per N. 13. c. 2. vers. scimus &c. ubi postquam Justin. dixisset, interdum dignitates magnas pecuniarias iudicare, subiicit: multoties etiam coniudices dari &c. III. arg. l. apertissimi 16. C. de iudic. ubi in specie suspecti recusatio delegatis attribuitur iudicibus, tam à Principe, quàm alijs datis. Iam autem ad totum genus si pertineret, hoc est, ad omnes iudices tam ordinarios, quàm delegatos; sanè (dixeris) otiosè & plusquam ridiculè id restringeretur, in tota ista lege ad unam illam speciem: eadem opera & quidem facilius de toto genere id adfirmari potuisset. Facit etiam quòd d. l. 16. non sit rescriptum; sed edictum generale ad Præfectum Prætorio emissum. Sed de his plura in ipsa disputatione.

Problema XII.

Superioribus adde & hoc dubium: Princeps à Nobili alieno priuato immediato, vigore Austregarum requisitus (ut nominaret drey unparthensche Churfürsten / Fürsten / oder Fürstmässige / aus welchen der Gläger einen zum Richter zuerwehlen vñ zuerkiesen macht hab) nominauit Principes de eadem domo & familia ortos; vel etiam vltra 12. miliaria à requirente disritos: Cuius hoc casu fundatur iurisdiction?

C A

PROBLEM. CAMER. DISPUTA. I.

CAMERAE,

Ita sentire videtur Compilat. Symph. supplic. tom. 3. verb. Außtråg. vers. quod durum videtur. MOVERI posset I. arg. Ordin. Cam. p. 2. tit. 4. §. zum dritten/ iuncto tit. 2. §. darauff sol etc. & t. 3. §. 1. vers. vber 12. Meilen etc. & vers. Ihme drey Churfürsten etc. ¶ Titulus (aiunt) 4. ordin. (in quo predictæ qualitates in specie non exprimuntur) recipiet interpretationem & suppletionem ex tit. pradd. primo & secundo, ad quos inuicem relatio fit. II. Quia utrobique eadem subest ratio, eadem subsunt impedimenta, molestia, agendiq; difficultas, damni metus atq; ratio expensarum: siue Princeps à Nobili aliove priuato immediato; siue ab alijs Principalis status personis reqratur, predictoq; modo à requisito fiat denominatio. III. Imò hac ratione nominari possent longè ultra 12 miliaria à Requirente disiti: idq; contra ordinationis mentem & sententiã, inq; preiudiciũ Actoris seu Requirentis. IV. Quia priuilegia non facile debent extendi: Et constitutio, qua instar legis est, ad unguem seruanda: quodq; illa in casu specificato non causat, nec nos causare debemus.

AVSTREGARVM

Hoc casu fundari iurisdictionem Hinnuere videtur Christophorus Schwanman lib. 1. Process. Cam. c. 4. n. 9. & quidem alijs ex recentioribus. MOVENTVR præcipuè I. quòd hæ omnes sint via separate, & ab una ad aliam non liceat argumentari: cum diuersa sit ratio in hoc & alijs titulis, maximè in tertio, quo ad illa 12 miliaria, qua hic non attenduntur. II. Vnde etiam à maioribus in hanc itum est sententiã, ut dictus tit. quartus Ordin. p. 2. non recipiat interpretationem & suppletionem ex prioribus & alijs titulis; sed sufficere, si Principes nominati sint, etiam ultra 12 miliaria disiti, deq; eadem orti domo. III. arg. Ordin. d. t. 4. §. zum achten. vers. wo auch einem Eläger aus ferne des weges etc. qui versiculus otiosus esset, si tres cogeretur nominare Principes, So nit vber 12. Meilen entessen: quia (quod benè perpende) es köndte keiner ferner seyn als der ander. IV. Imò hac ratione multis in locis, Saxonia, Pomaria in ordin. Cam. expressis requisitis vix satisfieri posset, quod exemplis demonstrare, difficile non erit.

CONNEXVM.

An consuetudine induci possit, ut quis index sit in propria causa? Quod affirmat D. Gail. h. obs. 1. n. 18. Negare videtur idem Gail. 2. obs. 34. n. 2. ubi de hac controuersia, Deo volente, pro more nostro plenà dicemus Minervã.

F I N I S.






(X2618032)

V077







M CAMERALIVM, 1614, 3
Sive
 VERSARVM
 IMPERII TRIBVNA-
 DN. ANDREAE GAILLII
 erales accommodatarum, &
 rtem suis fundamentis
 xcussarum,
 TATIO PRIMA,
Continens
 de PRIVILEGIO PRI-
 TIARVM, quas vocant Austre-
 ter alia etiam quasdam annexas
 nes in primam GALLII
 eruationem:
Quam
 AESIDENTE
 NDREA CRANIO,
 d. IVLIA Professore publico,
 hac defendit
 S FORSTERVS,
 ICTI fil. Heidelberg.
nunc
lucem edita, à multis
desiderata.
 MAESTADI,
 IACOBI LVCII,
 IO CXIV.

20

